Y a 1026

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-175957-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-175957-p0002-7

Q. H. 126, 46.

Ya 1026

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

DE

# ANTHROPOPHAGO BERCANO

## SECTIO PRIOR HISTORICA

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO DVCE AC DOMINO

DOMINO

CAROLO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

CONSENSV

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

*PRAESIDE*

D. CHRISTIANO GODOFREDO GRVNERO

SERENISS. DVC. SAXO-VINAR. ET ISENAC. A CONSIL. AVL.
BOT. ET THEORET. PROF. PVBL. ORD. FACVLT. MED.
ASSESS. ACAD. NAT. CVR. ET MOGVNT. ALIARVMQVE
SOCIET. LITT. SODALI

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC
PRIVILEGIIS RITE CAPESSENDIS

A. D. XXX. MAII CIƆIƆCCLXXXI.

PVBLICE DEFENDET

FRANCISCVS GVILIELMVS ANTONIVS IACOBI

HAZFELDIENSIS

*IENAE* LITTERIS MAVKIANIS

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

ILLVSTRISSIMO
ATQVE
CELSISSIMO DOMINO
# CAROLO FREDERICO
S. R. I. COMITI
DE HATZFELD ET GLEICHEN
NOBILI DOMINO
IN WILDENBVRG
DYNASTAE IN BLANCKENHAYN
CRANNICHFELD WANDERSLEBEN CROTTORF
SCHVEPF WALDMANSHOFFEN
DLASKONITZ SCALKEN PODSEDITZ
ET LVKOWETZ
HAEREDITARIO DOMINO
PRINCIPATVS TRACHENBERGENSIS ET PRAVSSNITZENSIS
IN SILESIA
NEC NON
DYNASTIARVM HALTENBERGSTETEN ET LAVTENBACH
IN FRANCONIA
SACRAE CAESAREAE REGIAEQVE HVNGARIAE
ET BOHEMIAE MAIESTATIS CONSILIARIO
INTIMO ACTVALI CVBICVLARIO STATVS
ADMINISTRO PRIMO DIRIGENTI
REL. REL.
DOMINO SVO LONGE CLEMENTISSIMO

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-175957-p0005-4

DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM
OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA
D. D. D.

DEVOTISSIMVS CLIENS

FRANCISCVS GVILIELMVS ANTONIVS IACOBI

# PROOEMIVM

Dolenda profecto mortalium ſors eſt, quod poſt innumeras miſerias et varios caſus inueniant multiplicem et haud raro grauem vitae exitum. Nihil enim tam paruum et abiectum eſt, quod non poſſit aliquando corpus grauiter afficere, nihil tam leue, quod non valitudinem tandem opprimat. Edimus, bibimus, ludimus, otiamur, ruſticamur, voluptatibus licitis et illicitis fruimur, neſcii, quantopere haec omnia valeant ad fata acceleranda. Hilares et laeti, futurorum improuidi, ſpernimus monitorum voces, ridemusque medicorum praecepta, quibus gaudia noſtra identidem interpellant. Sperat iuuenis vitam longam, metuit ſe-

nex imminens fatum, et nihiloſecius ſuo quisque indulget genio, nec ſuae quisque gulae temperat. Hinc naſcuntur innumerabiles vitae finiendae viae, et morborum cohors creſcit quotidie adeo, vt iam improbus labor ſit, nomina omnium et miras facies, cauſſas et medendi rationes ad amuſſim noſſe. Certa eſt moriendi neceſſitas, incerta via, qua ad plures tendimus. Nec ſatis eſt, naturae iuſſa ſequi, ſiue id fiat caſu, ſiue morbis. Vrget fatum ineuitabile flebilisque mors, et cito pede inſtat. Saepe accidunt, quae ne per ſomnium quidem opineris. Manum violentam et ſibi, et aliis inferre, facile eſt; Facilius, per carnificem laqueo, gladio vel rota mortem ignominioſam ſubire. Accidit id IOANNI NICOLAO GOLDSCHMIDT, pecorum gregalium apud Eichelbornenſes paſtori, qui et viatorem atque puellam innocentem crudeliter interfecit, et, horrendum dictu! humana carne veſci auſus eſt. Abnorme barbari hominis ſcelus tulit iuſtas rotae poenas, a legislatoribus ſummis latas; Periit *Bercae ad Ilmam* fluuium die XXIIII. Iul. cIɔIɔCCLXXII. intrepidus, etſi ſub duris ac lentis cruciatibus, et vultu eodem truci, quo erat in carcere *) detentus. Quod facinus quia noſtris temporibus

*) Extat effigies huius ſcelerati ad viuum expreſſa ab dexterrimo artis delineandi magiſtro, SCHENKIO.

peribus, cum vir feminaque mollitie morum ſenſusque teneritate affectata veluti diffluunt, videatur incredibile, placet hiſtoriam huius hominis breuiter percenſere, additis, quae ad illuſtrandam hanc materiam aliquid conferre poſſint, in poſterum vero facere, quod medicorum eſt, qui multa inde phyſice ac medice colligant, certe diſputent de forma huius peruerſi et a natura humana prorſum abhorrentis appetitus, vtrum ad picam et malaciam referendus ſit, an cum bulimo comparandus, an pro ſingulari allotriophagiae genere habendus. Fieri vero hoc eo certius poterit, quo magis laudandam cenſeo Cl. MÜLLERI, praefecturae Bercanae praefecti dexterrimi, ſtrenui alias quaeſitoris facilitatem in communicandis actis, e quibus quae ad rem noſtram pertinere videbantur, excerpere nobis licuit. Cui ob humanitatem ſingularem et ipſe gratias publice ago, et habituros eſſe viros doctos, quorum intereſt hominum naturas penitius noſſe et ex factis iudicare, certus ſcio.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

DE

# ANTHROPOPHAGO BERCANO

## §. I.

### *Hiſtoria Necis.*

IOANNES NICOLAVS GOLDSCHMIDT, natus in pago *Hernſchwegen* prope *Streyſen*, patre ruſtico, atque more ſolito i. e. leuiter, chriſtianae religionis praeceptis imbutus, vxorem duxit anno aetatis XXVII, et paſtorem egit pecorum gregalium tres integros annos in pago, *Fokſtedt*, et XXV. in pago, *Eichelborn*. Hic tandem vbi iam attigiſſet annum aetatis quintum et quinquageſimum, eodem fere tempore, quo haſce terras magna annonae caritas vrgebat, caede incredibili ſeſe polluit. Habebat quaedam vidua, SCHOENEMANNIA *a*), puellam vndecim circiter annorum, eamque mittebat mane ad horam ſeptimam in ludum litterarum. Sed illa non redit. Sciſcitatur mater anxia et neſcia, quid carae filiae acciderit, ex ipſo GOLDSCHMIDTIO, num forte viderit. Ait, adfuiſſe eam piſcatui. Piſcinam publicam et puteum ſedulo inquirunt, infantem non inueniunt. Hinc oritur ſuſpicio, ne forte crudele factum diſſimulet, quoniam alias dixerat tantam fore annonae difficultatem, vt matres liberis mactatis veſcerentur, et ad quaeſtionem, vnde, cum nullos ipſe haberet, ſumeret, aliorum hominum infantes non defuturos reſponderat. Erat etiam vicina quaedam *b*), CHRISTINA

*a*) Act. Crim. fol. 7. *b*) Act. fol. 10. b.

STINA CATHARINA WEISIA, quae diceret, ſe vidiſſe GOLDSCHMIDTIVM tunc, cum ceteris ſacris intereſſent, domo ſua perquam diligentem, ideoque veluti ex inſidiis retro ianuam ſtantem animaduertiſſe, paſtorem, foras bis egreſſum, hinc inde eſſe conſpicatum, num quis ſpeculator vel proditor adſit, poſt faſcim veſtium ſub tunica occultatum in VRBANI GEISTII domum derelictam deportaſſe, tandem vacuum rediiſſe. Adit mater vicus praetorem, IO. ANDR. GROSSERVM, et rem fideliter defert. Viſitatur domus Geiſtiana *c*), inprimis cellula, inueniuntur veſtis cruenta et membra quaedam puellae lacera, in domo Goldſchmidtiana vero ſentitur paedor teter et grauis, euerritur fauilla fornacis, vnaque globus crinium cuti toſtae inhaerens et aliquot imagunculae libelli ſcholaſtici. Includitur ergo in cuſtodiam GOLDSCHMIDTIVS paullo ante nocturnus vicus Eichelbornenſis excubitor, qui ſub ipſa homicidii nocte *d*) ceciniſſe dicebatur:

*Ach, bewahre mich für Schrecken,*
*Schütze mich für Ueberfall cet.*

confitetur crimen, diram famem et ſummam vitae neceſſitatem cauſſatus, cum tamen haberet domum non obaeratam *e*), cuniculos, columbas et panem ipſum, ab vxore eodem, quo caedem perpetrarat, die Vinariae emtum. Interea dum hoc agitur, ad praefecturae Bercanae praefectum, Müllerum, nunciantur omnia, et mittitur *f*) ſcelerati hominis toga ſacrae con-



*c*) Act. fol. I. et fol. 13. et 14.
*d*) Act. fol. 16. a.
*e*) Act. fol. 15. a. et 16. a.
*f*) Act. 12. b.

feſſioni deſtinata, in cuius alia perula fruſtulum coctae carnis humanae ſemilibrae circiter pondere reperiebatur, in altera cutis capitis capillata.

Transferuntur ergo reliquiae g) puellae miſere dilaceratae ad phyſicum, D. MÜLLERVM, vt, cuius iſtae ſint generis, quae adſint vel deſint membra, ex arte definiat. Reſpondetur ſic h).

## §. II.

### *Reſponſum Phyſici et Chirurgi.*

*Nachdem mir von dem Fürſtl. Amte, Berka, unterm heutigen* dato *die übrigen Fleiſchſtücke von den zu Eichelborn von dem Hirten, Goldſchmidt, unterm* 2. eiusdem *gewaltſamer Weiſe umgebrachten Maedgen der Schoenemannin, in einem Sacke zu naeherer Beaugenſcheinigung zugeſchickt, mir aber auch zugleich aufgegeben worden, in Zuſammenhaltung dieſer Stücke, was zu* Completirung *dieſes* Cadavers *ermangele, anzuzeugen, und die Richtigkeit dieſes* corporis delicti ad Acta *zu atteſtiren; So habe in Befolgung deſſen die* 36. diuerſe *Stücke dieſes iaemmerlich zerfleiſchten Koerpers aus einander gelegt, und iedes insbeſondere genau angeſehen, aber auf keine Art dieſes ſo ſehr zerſtümmelte* Cadauer *zuſammen bringen koennen, indem hier und da Fleiſchſtücken fehlten, die ſtaerckſten Muskeln von den Knochen abgeloeſet, dieſe aber, und beſonders die groſen Beinroehren, der kreuz und der queere zerhauen und zerſplittert befunden wurden. Es mangelte hiernaechſt der Kopf, das Becken, die Finger und die Fuszachen. Ich fand noch eine gute Portion des Gehirns, das Netz, die Lunge, Leber, das Herz und die rechte Niere, ſaemtliche* Viſcera *aber mehr, als*

g) Act. fol. 17. a. et 23. a. et fol. 36. a.

h) Act. fol. 36. a.

*als einmal durchſchnitten. Ferner einen groſſen Theil der haarichten Haut des Kopfes, ein Büſchel abgeſchnittener und verſengter Haare, ein Stück gekocht Fleiſch ein halb Pfund ſchwer, ſo von dem Dickbeine genommen zu ſeyn ſchiene, die Unterlippe, nebſt der Haut des Kinnes und des Vorderhalſes, abgezogen; An deſſen Ende war noch der oberſte Theil der Luftroehre und deren Knorpel befindlich. Drey queer Finger breit unter dem Kinne war eine zwey Zoll lange ſchieflaufende Wunde, welche aber nur durch die* Integumenta Communia *gienge, und nicht tief* penetrirte. *Die Fetthaut an dieſem* Cadavere *war überall Fingers ſtark, und zeigte ſolche von der ſonſtigen guten Geſundheit und Leibesdiſpoſition dieſes unglüklichen Kindes. Dieſes waere es, was ich von dieſer mehr, als unregelmaeſigen Zergliederung, anmerken und pflichtmäſſig hierdurch* ad acta *habe berichten ſollen. Weimar, den 4. April 1772.*

*F. G. Müller.*

*Ich Endes Unterſchriebener bekenne hiermit, daß ſich an dem, von dem Hirten Goldſchmidt, ermordeten Schönemanniſchen Kinde, und zwar an dem innern Theile des mit einem Meſſer abgeſchnittenen* Partis Capillatae *ein mit extravaſirten Blute unterloffenes Fleck eines Laubthalers groſ gezeiget, welches von einem Schlage herrühren muß, der ganze Körper aber war in lauter Stücke zerhackt. Ein ſolches habe ich, der Wahrheit zu Steuer, atteſtiren ſollen. Berka den 4. April 1772.*

*Ludewig Creuchauf*
*Chirurgus.*

## §. III.

## *Rei primum examen.*

Vocatus ergo reus homicidii in iudicium ita infit. Ad meridiem *h*), hora circiter vndecima, ſcelus ſe perpetraſſe, puel-

*h*) Act. fol. 18. et fol. 32.

puellam forte fortuna tranſeuntem ad ſe vocaſſe, num velit horologium inſpicere, eamque huc oculis defixis, interrogantem, quid illic ſit, quod viueret, ſine vllo irritamento, praemeditata nece *i*), retrorſum vitta et crinibus apprehenſam cultello guttur diſſecandum curaſſe, et cum hoc non illico fieret, ſecuri *k*) caput feriiſſe, ceruicem diſcidiſſe ac rotando auulſiſſe, eaque via infantem occidiſſe; bis anhelaſſe puellam ante, quam ictus fieret, ſanguinem late diſperſum parietem et ſcamnum contaminaſſe; poſthaec, demtis veſtibus, caput diſciſſum vna cum ceteris membris ac libris *l*) in fornacem conieciſſe, corpus in partes diuulſiſſe, ne quid vxor reſciret, et vt haberet, vnde vitam ſuſtentaret *m*), poſtero vero die ſacco incluſas partes in GEISII cellula vacua occultaſſe, viſcera fimo condidiſſe, digitos manuum pedumque et caluariam igne concremaſſe, opima fruſta qualo immiſſa in tabulatum deportaſſe, inſcia vxore, fruſtulum carnis coctum et aſſatum non famis ſatiandae, ſed curioſitatis ergo deguſtaſſe, pauimentum *n*) quam diligentiſſime abluiſſe, aquamque cruentam paleae infudiſſe, loco cubiculi cruentato arenam ſuperadſperſiſſe, crines pone fornacem repoſitos tandem flammis dediſſe; fuiſſe iſtam puellam bellam ſibique in amoribus habitam *o*), neque a ſe ante vel poſt caedem ſtupratam, denique fatendum ſibi eſſe, ſe carnem ouis mortuae et a MELCH. WEISIO acceptae, *p*), item carnem mortui vituli *q*) et canis macta-

*i*) Artic. Inquiſ. fol. 114. *k*) Act. fol. 62. b.
*l*) Act. fol. 18. *m*) Artic. Inquiſ. fol. 114.
*n*) Act. fol. 37. *o*) Act. fol. 37.
*p*) Act. fol. 29. a. et fol. 37. fol. 87. et 100. a. *q*) Act. fol. 45. b.

mactati *r)* non rabidi *s)*, vna cum vxore comediſſe. De reliquo, caedis inde ab aliquo tempore plenum, ſibi perinde fuiſſe, beſtiam, an hominem *t)* occideret, poſt perpetratum facinus ſe aufugere voluiſſe, nec potuiſſe.

## §. IV.

## *Teſtes.*

Neque deerant teſtes, qui vt cetera fere omnia dictis et factis confirmarent, ita vxorem ſcelere vacuam iudicarent. Quin ipſe maritus confitebatur, eam inſciam *u)* carne humana veſci ſolitam eſſe, ipſa vero addidit, ſe non odorari et virum ſaepius fidei chriſtianae expertem putaſſe, quia mane ac veſperi aliter oraret *v)*; virum ira percitum caedem illico minatum eſſe, et carnem humanam, referente eo ipſo *x)*, aſſeruaſſe, vt in excubiis haberet, quo panem ſaporatiorem redderet; reum nunquam mania vel melancholia *y)* laboraſſe, attamen, ſemper moroſum et iracundum fuiſſe, interdum quaedam furatum eſſe, v. c. gallinas, ligones, veſtes infantum, induſia, togas *z)* pannoſas rel.

## §. V.

## *Alius homicidii antegreſſi orta ſuſpicio.*

Interea dum haec aguntur, et aedes *Goldtſchmidtii*, vt moris eſt, curatius perquiruntur, accidit, vt praetor Eichelbor-

*r)* Act. fol. 47. a. fol. 49. b. et fol. 62. b. fol. 82. a.
*s)* Act. fol. 87. b. *t)* Articul. fol. 114.
*u)* Act. fol. 47. a. *v)* Act. fol. 24.
*x)* Act. fol. 24. *y)* Act. fol. 87. b. *z)* Artic. Inquiſ. 287.

bornenſis, GROSSERVS *a*), quaedam veſtimentorum genera iudici ac inquiſitori transmitteret, vnde magna ſuſpicio iuuenis occiſi oriretur. Inueſtigenda ergo erat, quam rectiſſime fieri poterat, tanti ſceleris ratio.

## §. VI.

### *Rei ſecundum examen.*

Hoc vero ſcelus ita ſe habet. GOLDSCHMIDTIVS, gregarius paſtor, aliquot diebus poſt, quam feſtus S. MICHAELI dies in aede ſacra celebratur, egit armenta ante meridiem horam circiter decimam verſus ſiluam caeduam *b*), quae a Ieſuitis nomen habebat, et ab lignatoribus ſarmentaque colligentibus crebro viſebatur, et vidit ibidem ſtantem iuuenem annos circiter quatuor et viginti natum, eo, quo viatores vti ſolent, amictu indutum. Ait GOLDSCHMIDTIVS, hunc armenta ſibilando in furorem egiſſe et retro pulſiſſe, negat viator, conuiciatur vterque, et manus tandem confert. Tunc paſtor baculo non mediocri aduerſarium pone aurem ſiniſtram percutit, vt, ſanguine largiter profluente, illico mortuus in terram decideret; Tremulos morientis pedes aliquot ictibus homicida quieſcere coegit. Iam vero victor occiſum hoſtem defert in ſiluam denſiorem, veſtitu deſpoliatum et nudum in partes diſſecat *c*), alterna vice domum ſacco lineo incluſa et ramis viridibus occultata *d*) membra deportat, coquit et comedit, cetera cani diſciſſa et cocta deuoranda dedit, eumque poſthaec iterum veſci *e*) auſus eſt. Dedit etiam aliquid vxori, pro carne cani-

*a*) Act. fol. 23. b. *b*) Act. fol. 32.
*c*) Act. fol. 34. *d*) Act. fol. 100. a. et Articul. Inquiſ. 125—162.
*e*) Act. fol. 50. b. et fol. 62. b.

canina, vitulina vel veruecina *f*) venditans, at illa, vix aliquot offulas pranſa, abhorruit coenam, quippe iſtum veruecem *g*), inquit, veterrimum fuiſſe oporteat, cum dentibus vix ac ne vix quidem carnem mordere liceat; Ad quod dicterium cachinnum homo ſceleratus ſuſtulerat. Quare vlterius reo inſiſtitur, isque aperte ac candide docet, ſe carnem in tabulato, diligenter aquam infundendo *h*), ſeruaſſe, vix offulas tres *i*) comediſſe, cum breui putreſceret, cetera, praegreſſa coctione, cani deuoranda *k*) proieciſſe, vix vllas occiſi hominis reliquias *l*) ſupereſſe, quippe oſſa conciſa camellae indiderat, praeter fragmenta quaedam *m*), hinc inde in ſtabulo vel fimo latentia, vel in veteri vaſe piſtorio collecta et in tabulato repoſita. Et reuera decem exinde feſtucas *n*), forte ad cranium pertinentes, protraxit.

## §. VII.

### *Phyſici de oſſibus iudicium.*

Quaeritur ergo, haec oſſa vere humana ſint, nec ne, et iuueni quatuor et viginti annorum apta *o*), eamque de re iterum phyſicus conſulitur. Ad quae ita reſpondit:

*Als mir von dem fürſtlichen Amte zu Berka unter dem 9. huius* 11. *Stück kleine Knochenſtücke, welche man unter mehrern dergleichen auf des Inculpat Goldſchmidts Boden in*



*f*) Act. fol. 45. b.
*g*) Act. fol. 50. a. et fol. 62. b.
*h*) Act. fol. 56. b.
*i*) Act. fol. 34. b.
*k*) Act. fol. 62. b.
*l*) Act. fol. 46. a.
*m*) Act. fol. 46. a.
*n*) Act. fol. 56. a.
*o*) Act. fol. 57. et fol. 78. f. cf. Act. fol. 139. b.

*in einer Backſchüſſel gefunden, zugeſchickt, zugleich aber mir aufgetragen worden, beſagte Knochen in genauen Augenſchein zu nehmen, und ob ſolche von einem Menſchen von 20. bis 24. Iahren ſeyn könnten, berichtlich zu erkennen zu geben; So habe ſolche Stück vor Stück mit aller Aufmerkſamkeit durchgegangen, ſie aber auf keine Art vor Menſchenknochen anſehen können, immaßen dieſe insgemein leichter, poröſer und nicht ſo feſt zuſammenhängend ſind, auch auf ihren äuſern Flächen hier und da Rieſen und deutliche Spuren von kleinen über einander laufenden Beinſchichten haben, nicht weniger in ihren innern Hölungen ganz anders conſtruiret ſind, da hingegen die thieriſchen Knochen merklich hiervon abgehen. Es kommen daher die langen Knochenſtücke* No. 1. *den Beinröhren eines Hundes, und die andern beyden* No. 2. *dem Schlafbeine und dem hintern Theile des Hirnſchädels eines jungen Thieres ziemlich nahe. Es läßt ſich indeſſen nichts gewiſſes beſtimmen, da man dieſe Knochen nicht ganz, ſondern nur ſtückweiſe und zerſplittert hat beurtheilen müſſen, als welches in* Arte anatomica *gegründetes Gutachten ich hierdurch* ad Acta *zu geben nicht ermangeln wollen. Weimar, den* 14. *April* 1772.

*D. F. G. Müller.*

## §. VIII.

### *Infelicis iuuenis nomen incognitum.*

Quis vero ille viator occiſus fuerit, et vnde, nunquam reſciri potuit. Rumor erat, fuiſſe eum Coburgenſem, GOLDSCHMIDTIVS *p)* eum inter quaerendum tibialium textorem dice-

*p)* Articul fol. 115.

dicebat. Deſcriptio etiamſi ad viuum expreſſa et diariis publicis *q*) inſerta eſſet vna cum litterulis inſcriptis chartulae lacerae et acubus, quibus lina immittuntur, inſtructae, huius argumenti:

*Ich habe mir tauſendmal gewünſcht, hauſen, ich möchte doch gerne wiſſen, wie es noch gehet, ob es auch ſo theuer — ſchreibe mir doch —*

In aduerſa parte vero,

*Ihren lieben Sohn, Frau Tochter und Kinder — daſs ſie doch einmal ſehen möchte, wann die Stubenthür iſt aufgegangen, hat ſie gedacht —*

tamen qui hinc infelicis hominis nomen et patriam recognoſceret, nemo repertus eſt.

## §. IX.

### *An reus melancholicus fuerit.*

Reus confitetur, ſcelus vtrumque ſe perpetraſſe ira commotum *r*), ſcienter et de induſtria *s*), mente integra *t*), ſeque inde a prima caede ſemper homicidium ſpiraſſe, alii vero teſtimonia firma dant *u*), eum nunquam edidiſſe quaedam melancholiae vel maniae ſigna. Attamen quia defenſor famem et aerumnam animi, tanquam primam deſperationis cauſſam *x*), adduxerat, item iracundiam et moroſitatem ſuetam maniae teſtem eſſe voluerat, deinde quia reus, compedibus



*q*) *Weimar. Anzeigen* No. 35. 1772. *r*) Act. fol. 18.
*s*) Act. fol. 31. Articul. fol. 114. *t*) Artic. Inquiſ. 81 — 114.
*u*) Act. fol 87. b. *x*) Act. fol. 153.

bus et manicis arctis bis exſolutis *y*), ſub alui egeſtione mire ventrem contorſerat, obſtructionem cauſſatus, et colorem oris liuidum niſu vehementi contraxerat, vt hernia ſcroti, qua aeger erat, magis elapſa et concluſa in gangraenam et mortem tranſiret, neceſſarium eſſe iudici videbatur, talia inquirenda committere phyſico *z*), vt carcerem ſub ſpecie alieni hominis et hoſpitis ingreſſus, quid veri ſubſit, videat, et in acta quam diligentiſſime mittat. Quam qualemque hic inuenerit mentis rationem, ſic ad iudicem retulit.

§. X.

## *Reſponſum Phyſici a*).

*Auf beſchehene* Requiſition *des Fürſtl. Saechſ. Obervormundſchaftl. Amtes, Berka* d. d. 2. May huiusanni, *den daſelbſt in* Inquiſition *befangenen Moerder, Goldſchmidt, zu unterſuchen, ob an ihm die mindeſte Spur einiges Unſinnes oder Vernunftfehlers wahrzunehmen ſeye, habe Endes Unterſchriebener mich den* 4. *huius Nachmittags, in Begleitung des Amtschirurgi, Kreuchauf, in das Gefaengnis zu dem Moerder, Goldſchmidt, begeben, und, in Gegenwart zweyer Waechter, den Inquiſiten freundlich angeredet, ihm verſchiedene Fragen gethan, auch allezeit von demſelben* prompte, *richtige und vernünftige Antwort erhalten. Nicht minder, als ihme, Goldſchmiedten, unterſchiedene Fragen umgekehrt vortrug, allezeit die vorige richtige Antwort darauf erhalten, wozu unter andern dieſe gehoeret, ob Hundefleiſch fleiſch ihm beſſer geſchmeket habe, als Menſchenfleiſch, beantwortete er ſolches mit, Ja: denn letzteres waere zu ſüß und etwas ekel — ingleichen, ob er,* Inquiſit, *von der Leber des kürzlich ermordeten Kindes*

*y*) Act. fol. 138. b. *z*) Act. fol. 138. a. et fol. 139. b.

*a*) Act. fol. 141.

*des gegeſſen? Ja, nachdem er denienigen Theil, woran die Galle geweſen, weggeſchnitten und weggeworfen, ſo habe er verſucht, von den übrigeu Theilen zu eſſen, es habe ihm aber doch der Bitterkeit wegen nicht ſchmecken wollen. Auf die Frage, ob er in ſeinem Leben oft krank geweſen, antwortete er, Nein, auſer daß er einen Schaden, wie er es nannte, bey ſich habe. Nach genauer Unterſuchung fand ich, daß er eine* Herniam Scrotalem *habe, und welches ihm bisweilen, mehrentheils beym* ſ. v. *Stuhlgange, viele Schmerzen verurſache, ſo, daß er bisweilen im Geſichte braun und blau würde. Dieſes bekraeftigte auch der Amstchirurgus,* Kreuchauf. *Ferner ſagte* Inquiſit, *dieſes Uebel ſeye ihme durch einen Ochſen, welcher wild geweſen, zugefüget worden. Ich verſprach ihm Linderung, und er ſchien vergnügt darüber zu ſeyn. Dieſe und dergleichen vernünftige Redensarten und Antworten ſind, meines Erachtens, hinlaengliche und überzeugende Beweiſe* von ratione et iudicio ſano *bey dieſem* Inquiſit *Goldſchmidt. Dieſes alles habe Amts- und Gewiſſens halber hierdurch atteſtiren, und dieſes* Viſum Repertum *unter meines Namens Unterſchrift und beygedrukten Petſchaft von mir ſtellen wollen. Weimar, den 6. May 1773.*

*D. Wilhelm* Heinrich *Sebaſtian Bucholz*
*Fürſtl. Saechſ. Phyſicus, des Amtes Berka.*

## §. XI.

### *Acta ad Scabinorum Ienenſium collegium miſſa.*

Quibus ex lege peractis, nihil erat reliquum, niſi vt iureconſulti de reo capitali iudicarent, ideoque iuſſus a Sereniſſima Duce, AMALIA, praefectus, Cl MÜLLERVS, acta ad Scabinorum Ienenſium collegium transmitenda curauit. Hinc, rebus ex aequo et iuſto ponderatis, ita reſponſum eſt.

§. XII.

## §. XII.

### *Reſponſum Illuſtris Scabinorum Collegii b).*

*Unſere freundliche Dienſte zuvor.*

*Edler und Hochgelahrter,*

*Günſtiger Herr und guter Freund.*

*Als uns die wider* Iohann Nicolaus Goldſchmidten *ergangenen Inquiſitionsacten und was derſelbe zu ſeiner Vertheidigung in Schriften übergeben laſſen, auch was wider des Inquiſitens Eheweib,* Dorotheen Eliſabethen Goldſchmidtin, *vorgekommen, nebſt einer Frage, zugeſchicket und darüber Unſere Rechtsbelehrung gebeten worden. Demnach ſprechen wir vor Recht:*

*Daraus ſo viel zu befinden: Hat ermeldter* Iohann Nicolaus Goldſchmidt *bey dem ſummariſchen und articulirten Verhoer in Güte bekannt und geſtanden, daſs er am 2. April dieſes laufenden Iahres, als an dem Tag der Vorbereitung zum groſen Bustag, über die Brandſtaetten hinaus vor das Dorf und bey dem Eichelborner Teich, welcher damalen gefiſchet worden, vorbey gegangen, allda der* Even Magdalenen Schoenemannin *Tochter,* Eva, *ein Maedgen von 10. bis 11 Iahren, ſich befunden, er auf ſelbige genaue Acht gehabt, und ihr, als ſie nach Hauſe gehen wollen, in ſeiner Hausthüre, in der Abſicht ſie zu ermorden, aufgepaſſet,*

Artic. Inquiſit. 34-51.

*auch ſelbige, als ſie von dem Teiche nach Hauſe gehen wollen, zu ſich gerufen, und ſie unter dem Vorwand, daſs ſie nach ſeinem Seiger ſehen ſolle,*

*b*) Legitur etiam in Illuſtr. SCHMIDII *Oeffentliche Rechtsſprüche* Ien. 1777. No. 110. p. 726.

*le, in ſeine Stube gelocket, allwo das Maedgen auf die dem Seiger gegen über ſtehende Bank ſich niedergeſetzet, und als ſie nach den Seigerraedern geſehen, auch ihn gefragt: Was dann das vor ein Ding waere, das ſo lebte? er beſagtes Maedgen rückwaerts bey dem Kopfe, den Haaren und der Mütze ergriffen, und ſelbigem zwey Schnitte mit dem in der Hand gehabten Meſſer in die Kehle hin und her gegeben, worauf das Kind zur Erde gefallen und noch geroechelt, dem er ſodann mit dem Meſſer das Genicke abſtechen und den Kopf abſchneiden wollen, ſolches aber mit dem Meſſer nicht bewerkſtelligen koennen, dahero er eine Barte ergriffen, und das noch lebende Kind damit einigemal auf den Kopf geſchmiſſen, ſodann ſelbigem das Genicke eingehauen, und es ſolchergeſtalt ermordet,*

Articul. Inquiſ. 52 - 80.

*Hierauf aber, nachdem er das Blut mit einem alten Lappen aufgetroknet, den Koerper entkleidet, ſelbigen in viele kleine Stücken zerhauen, die Kopfhaut, ſamt den Haaren, abgezogen, ſelbige in ſeinen Beichtrock geſtecket, und den Kopf, wie auch die Finger und Zaehen, zerhauen, und in dem Ofen unter dem ſogenannten holen Stein verbrannt, iedoch entweder die Finger oder die Zaehen, auf den Miſt geworfen, das zerhackte Menſchenfleiſch anfaenglich auf ſeinem Hausboden, des folgenden Tages aber, unter der Buſtagskirche Vormittags, in einem Sacke in Urban Geiſts Keller getragen, iedoch ohngefehr ein halbes Pfund von ſelbigem gekocht, und drey Stücke Daumens lang davon gegeſſen habe, ſolches alles auch von ihm, theils um ſich im Fall es an Brodte fehlen würde, in Proviant zu ſezen, theils aus Neugierde, um Menſchenfleiſch zu eſſen, geſchehen, und er dieſe erſchreckliche Mordthat vorſetzlicher und boshafter Weiſe, bey vollkommenem Verſtande verübt habe.*

Art. Inquiſ. 81 - 114.

*Wie er denn auch ſchon vor dieſer That, naemlich drey bis vier Tage nach Michaelis 1771. in dem ſogenannten Ieſuiterholze einen fremden ihm unbekannten Handwerkspurſchen, von welchem er geglaubet, daß er ihm das Vieh boeſelnd gemacht, mit einem Hirtenknittel dergeſtalt hinter das linke Ohr geſchlagen, daß ſelbiger ſogleich zur Erde gefallen, und ihm das Geblüte ſtark zum linken Ohre heraus geſchoſſen, auch, als er nach dem Fall annoch gezappelt, ihm noch ein paar Schläge auf die Schienbeine gegeben, und, nachdem er gar todt geweſen, ihn in den Buſch geſchleppet,*

Art. Inquiſ. 125 - 162.

*ſodann er den Tag hernach den todten Körper entkleidet, die Kleider, nebſt einem paar alten Stiefeln, einem gelbrauchledernen Schnapſack, einem Einſchlagmeſſer und einem Nähzeug des Ertödteten, an ſich genommen und geraubet, den Körper ſelbſt aber mit einer Barte in vier Stücken zerhauen, und dieſe theils um davon zu eſſen, theils um damit ſeinen Hund zu füttern, nach Hauſe getragen, ſie gekochet, zwei Stückgen davon gegeſſen, und mit dem übrigen den Hund gefüttert,*

Artic. Inquiſ. 170 - 234.

*auch vorbeſagte geraubte Sachen bey ihm vorgefunden, und mit Vorſatz bey guter Vernunft die Mordthat von ihm begangen worden,*

Artic. Inquiſ. 173 - 186. 192. 211. 217. 235. 236. 237. 238. 239. 240.

*nicht minder er verſchiedene kleine Diebſtäle verübet, und bey Hornen eine Holzhiepe, bey Urban Geiſten einen Dreifuſs, desgleichen Hans Heinrich Hornen eine Henne geſtohlen habe,*

*Artic.*

Artic. Inquiſ. 287.

*Ob nun wohl* 1) *bei beiden vom Inquiſiten, deſſen Geſtändniſs nach, verübten Mordthaten das* Corpus delicti *keiner völligen rechtlichen Gewiſsheit ſeyn dürfte, maſsen, nach Vorſchrift Kaiſer Karls, des fünften, Halsgerichtsordnung* Art. 149. *der Richter, ſammt zweien Schöppen, dem Gerichtsſchreiber und einem oder mehrerern Wundärzten den todten Körper mit Fleiſs beſichtigen, und alle ſeine empfangene Wunden, Schläge, Würfe, wie jedes erfunden und ermeſſen würde, fleiſsig merken und verzeichnen laſſen ſoll, dieſes aber bei dem ermordeten Schönemanniſchen Kinde nicht beobachtet, ſondern nur, beſage* fol. Act. 17. *die noch vorhandenen Fleiſchſtücken an den Rath und Hofmedicus D. Müller, nach Weimar geſendet, und von dieſem das* Viſum Repertum *zu den* Acten fol. Act. 35. *und* 36. *gegeben, alſo die Beſichtigung nicht in Gegenwart des Richters, der Schöppen und des Gerichtsſchreibers, vorgenommen worden; weshalb ſelbiger vor legal keinesweges zu achten ſeyn dürfte, zumal da die Mutter des Kindes die zerhackten Fleiſchſtücke nicht in Augenſchein genommen, noch daſs ſolche von ihrer Tochter ſeyen, ſich erkläret hat, mithin ob die von den Wundärzten beſichtigten Stücke von dem Schönemanniſchen Kinde geweſen, nicht ganz auſſer Zweifel ſeyn möchte; ſodann* 2) *von dem, nach Inquiſitens Angeben, im vorigen Herbſt drei bis vier Tage nach Michael, erſchlagenen Handwerkspurſchen weiter nichts, als die Kleidungsſtücke vorhanden ſind; von dieſen aber, ob es wirklich des Erſchlagenen Kleider ſind, ebenermaßen die völlige Gewisheit ermangelt, indem außer Inquiſitens Geſtändniß keine mehrere Nachricht vorhanden iſt, und ſogar auf die in den Zeitungen und den Wochenblättern geſchehene Bekanntmachung und derſelben beygefügten Beſchreibung des Ermordeten, ſich niemand gefunden, ſo von der beſchriebenen und angeblich ermordeten Perſon einige Nachricht geben können, und ſelbſt die in Inquiſitens Hauſe vorgefundene Knochen, nach*



In-

*Inhalt des Gutachtens* fol. Act. 78. *nicht ſicher für Menſchenknochen erkannt werden mögen; darneben auch* 3) *aus den Rechten bekannt, daß das bloſſe Geſtändniß eines Inquiſitens bey ermangelnder völligen Gewisheit des* Corporis Delicti *zu einem Erkenntniſs auf die Todesſtrafe überhaupt nicht hinreiche, am wenigſten aber auf die ordentliche in den Geſetzen auf ein Verbrechen geſetzte Art der Todesſtrafe erkannt werden mag*

L. 1. §. 17. D. de quaeſtion.

*und dieſes* 4) *in dem vorliegenden Fall um ſo mehr in Betracht zu ziehen ſeyn dürfte, als Inquiſit* fol. Act. 140. *nicht undeutlich verrathen hat, daſs er ſeines Lebens müde ſey, daher zu vermuthen ſtehet, daſs er, um vom Leben zu kommen, mehrers, als er wircklich begangen, eingeſtanden habe; hiernächſt wann auch* 5) *das* Corpus Delicti *für hinlänglich berichtigt angenommen werden könnte, doch in den Acten verſchiedene Umſtände ſich finden, ſo Inquiſitens Strafe mildern dürften, in Betracht derſelbe mit einer Art der Melancholie behaftet zu ſeyn, und bei der jetzigen auſſerordentlichen Theurung in einer ziemlichen Verzweifelung ſich befunden zu haben ſcheinet, geſtalten derſelbe, daß er das Schönemanniſche Kind in der Abſicht ermordet, um ſich in Proviant zu ſetzen, wann Brodt mangeln würde, bei dem* 102. *und* 115. *Inquiſitionalartikel vorgiebet, auch nicht glauclich iſt, daß ein vernünftiger Menſch, falls nicht bei ihm die äuſerſte Noth und Verzweifelung iſt, Menſchenfleiſch zu freſſen ſich entſchlieſſen werde; überdieß* 6) *aus den Acten zu Tage lieget, daß Inquiſit leicht von der Hitze und Bosheit übereilet werde, alſo gar wohl möglich iſt, daß er, aus Jäheit, Hitze*

*und*

*und Zorn übereilet, die Mordthaten begangen habe, ſolchen falls aber, nach Vorſchrift der* C. C. C. Art. 137. *nicht die Strafe des Rades, ſondern nur die Schwerdtſtrafe, erkannt werden mag; dahero daß Inquiſit nicht mit dem Rade, ſondern mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu bringen, ſey, es das Anſehen gewinnet.*

*Dennoch aber und dieweil Inquiſit bei dem 146. und 217. Inquiſitionalartikel eingeſtehet, daſs er den fremden ihm unbekannten Handwerkspurſchen aus bloſſen Argwohn, als ob derſelbe ihm das Vieh wilde gemacht, vorſetzlicher Weiſe erſchlagen, und gleich bei dem Ausſchlagen den Gedanken gehabt, ihn auf dem Flecke todt zu ſchlagen, ingleichen derſelbe, daſs er ſeit der Zeit, da er dieſen Mord begangen, immer Mordgedanken gehabt, bei dem 116. Inquiſitionalartikel bekennet, ſowohl daſs er dem Schönemanniſchen Kinde in der Abſicht, daſſelbe zu ermorden, in ſeiner Hausthüre aufgepaſſet, ſolches auch, als es vom Teiche zurück gekommen, zu ſich gerufen, und in dem böſen Vorſatze, es umzubringen, unter dem Vorwand, daſs es ſeinen Seiger ſehen ſolle, zu ſich in ſein Haus gelocket, und es daſelbſt hinterwärts bei der Mütze und den Haaren ergriffen, ſelbigem zwey Schnitte in den Hals gethan, ſodann ihm mit dem Meſſer das Genicke abſtechen wollen, und, als er ſolches nicht bewerckſtelligen können, ihm mit der Barte einige Schläge auf den Kopf gegeben, und das Genicke eingehauen habe, bei dem 44. und folgenden Inquiſitionalartickeln umſtändlich eingeſtanden hat; nicht minder derſelbe die ermordeten Perſonen beraubet, und mit den todten Körpern auf das grauſamſte umgegangen, ſelbige in kleine Stücken zerhackt, davon etwas gegeſſen, mit dem Fleiſche des ermordeten Handwerkspurſchen ſeinen Hund gefüttert, und den Kopf des Schönemanniſchen Kindes im Ofen verbrannt, desgleichen die abgehauenen Finger und Zähen theils in den Miſt, theils in den Ofen geworfen hat; hieraus*

D

aber,

*aber, daſs Inquiſit vorſetzlich auf eine grauſame Art zwey Mordthaten verübet habe, genugſam zu Tage lieget; und dann ein ſolcher vorſetzlicher Mörder, nach Vorſchrift der Caroliniſchen Halsgerichtsordnung Art. 137. mit dem Rade vom Leben zum Tode gebracht werden ſoll; auch Inquiſit etwas, ſo eine Milderung dieſer geſetzlichen Strafe bewirken könnte, mit Grunde nicht für ſich anführen kann, in näherer Erwägung ad* 1) *das* Corpus delicti. *ſo viel das Schoenemanniſche Kind betrift, völlig auſſer Zweifel iſt, indem nach eidlicher Auſſage der Schönemanninn, ihr Kind den* 2. *April dieſes Jahres früh* 7. *Uhr friſch und geſund in die Schule gegangen, ſodann daſſelbe um Mittagszeit bereits vermiſſet, Tags darauf deſſen Körper ohne Kopf, und in viele Stücken zerhackt, gefunden worden, dahero daß ſothanes Kind gewaltſamer Weiſe ermordet worden, nicht den mindeſten Zweifel leidet, und bey dieſen klar vor Augen liegenden Umſtänden zu Berichtigung des Corporis delicti der in dem* 149. *Art. der Caroliniſchen Halsgerichtsordnung vorgeſchriebenen Solemnien es gar nicht bedürft hat,*

Boehmer ad Carpzou. pract. crim. quaeſt. 26. Obſ. 3.
Engau Elem. Iuris crimin. l. II. §. 81. not.*.

*als welche, nach Inhalt dieſes Artikels, nur alsdann, wann über die Lethalitaet der zugefügten Verwundung Zweifel entſtehen kann, erforderlich ſind, im gegenwaertigen Fall hingegen einiger Zweifel um ſo weniger ſich machen läßt, als die Abhauung des Kopfes und Zerhackung des Körpers ohne Tödtung nicht gedacht werden mag, und wann gleich die Schönemanniſche Mutter die zerhakten Fleiſchſtücken aus Wehmuth niht beaugenſcheinigen wollen, dennoch ſelbige die bei dem zerſtückten Körper gefundenen Kleidungsſtücke für ihrer entkommenen Tochter Kleider erkannt, und dadurch den gewaltſamen Tod ihrer Tochter außer Zweifel geſetzet hat; hiernächſt* ad 2) *Inquiſitens Geſtändniß, daß er* 3 *bis* 4 *Tage nach Michael vorigen Iahres, in dem ſogenannten Ieſuiterholze einen fremden Handwerkspurſchen todgeſchlagen habe, dadurch einen*

*ziem-*

*ziemlichen Grad der Gewiſheit erhält, daß bei ſelbigem ein mit Blut befleckter Rock und Hemde, nebſt andern Kleidungsſtücken, Nähekiſſen und einem gelbrauchledernen Schnapſack gefunden worden, und Inquiſit, daß er dieſe Sachen dem Ermordeten abgenommen habe, und das daran befindliche Blut von dem Ermordeten ſey, umſtändlich bekennet, auch die Richtigkeit dieſes Geſtändniſſes um deshalb glaublich wird, weil Inquiſit dieſe Sachen vor ſeinem Weibe gröſtentheils verheimlichet, und von den wenigen, ſo er derſelben ſehen laſſen, nicht ſagen wollen, woher er ſolche erhalten habe, und wann gleich hierdurch das* Corpus Delicti *nicht außer allen Zweifel geſetzet iſt, dennoch Inquiſit, weil er, ſeinen Geſtändniß nach, mit dem Fleiſche des Ermordeten ſeinen Hund gefüttert hat, durch ſeine eigne boshafte und unmenſchliche Handlung ſelbſt behindert, daß das* Corpus Delicti *nicht zur völligen Gewisheit gelangen kann, auch Inquiſit bereits eine andere Mordthat, deren* Corpus Delicti *völlig gewiß iſt, verübet zu haben eingeſtanden, und dadurch das Leben verwirket hat, alſo nicht wahrſcheinlich, daß ſelbiger, um von dem Leben zu kommen, etwas, ſo er nicht begangen hätte, fälſchlich eingeſtehen ſollte; und wann gleich* ad 3) *den Rechten nach, auf das bloſſe Geſtändniß eines Inquiſiten keine Todesſtrafe erkannt werden kann, dennoch in dem vorliegenden Fall nicht blos Inquiſitens Geſtändniß, ſondern das zerhackte Schönemanniſche* Kind *von der verübten grauſamen That den vollkommenſten Beweis giebt, und daß* ad 4) *Inquiſitens Begierde, vom Leben zu kommen, ein mehrers, als er wirklich verbrochen, geſtanden habe, ſich aus* Fol. act. 140. *nicht folgern läſt, vielmehr hieraus nur ſo viel abzunehmen iſt, daß Inquiſit, nachdem er zur gefänglichen Haft gebracht, der verdienten ſchweren Todesſtrafe durch Verkürzung ſeines Lebens vorzukommen ſuchet; auch* ad 5) *daß Inquiſit aus Melancholie und Verzweiflung die von ihm eingeſtandene Mordthaten verübet habe, um deshalb ſich nicht behaupten läſt, weil eines Theils derſelbe, daß er die Mordthaten bei gutem Verſtande begangen habe, bei dem* 235. *Inquiſitionsartikel ſelbſt eingeſtehet, ſolches auch das mediciniſche Gutachten* fol. Act. 141. *genugſam bekräftiget, und die Zeugenaußagen* fol. Act. 87 ſeqq. *beſtärken, andern Theils die Acten beſagen, daß Inquiſit zu der Zeit, da er ſeine unmenſch-*

*liche Thaten begangen, noch wirklich Brodt gehabt; und demſelben in der Folge, wann er ſeine Noth entdecket, und barmherzige Leute angeſprochen hätte, es am Brodte nicht ermangelt haben würde; überdies* ad 6) *Inquiſitens hitziges Temperament keinen Grund zu Milderung der Strafe abgeben kann, da derſelbe von dem Schönemanniſchen Kinde ſo wenig, als von dem ermordeten Handwerkspurſchen beleidiget worden, alſo keine Urſache, wodurch er in Hitze geſetzet werden können, ſich gedenken läſst, auch Inquiſit, wenigſtens bei den Schönemanniſchen Mord, daſs er ſolchen aus Zorn und Hitze verübet, nicht einmal vorgegeben, und ſolchemnach etwas, ſo ihn von der auf den vorſetzlich begangnen Mord geſetzten Strafe des Rades befreyen könnte, nicht für ſich hat, vielmehr dieſe Strafe, in Betracht Inquiſit die ermordeten Körper auf das grauſamſte behandelt hat, nicht unbillig zu erſchweren iſt:*

> nam exſi aſperationis poenae cauſa eſt quoque illa, occiſor caede non contentus in cadauer mortuum ſaeuit, quod inſatiabilem crudelitatem, tanquam ſummum proteruiae gradum, notat.

Beyer ad C. C. C. artic. 137. theſ. 16.

Boehmer ad C. C. C. artic. 137. §. 13.

*So iſt derowegen ermeldter* Iohann Nicolaus Goldſchmidt, *falls er auf ſeinem gethanen Geſtändniſs vor gehegten hochnothpeinlichen Halsgerichte beharret, oder deſſen ſonſt, wie Recht, überwieſen wird, ſeiner begangenen und geſtandenen Miſsethaten halber, mit dem Rade, jedoch daſs damit zuvor ihm die Glieder, nemlich die Schenkel und Arme zerſtoſsen werden, mithin von unten auf, vom Leben zum* Tode *zu bringen, auch nach vollbrachter Execution der Körper, andern zum Abſcheu, auf das Rad zu legen und zu flechten. Dahingegen iſt wider deſsen Eheweib*, Dorotheen Eliſabethen Goldſchmidtin, *in Ermangelung mehrern Verdachts, weiter nichts vorzunehmen. Von Rechtswegen. Urkundlich mit unſerm Inſiegel beſiegelt.*

*Verordnete Dechant*, Senior *und andere* Doctores *des Schöppenſtuhls zu Iena.*

§. XIII.

## §. XIII.

### *Sententiae damnatoriae executio.*

Fit ergo, quod a iureconſultis decretum erat. Sumitur vltima poena de GOLDSCHMIDTIO ad diem XXIV. Iulii cIↃIↃCCLXXII. Brachiis cruribusque firmiſſimis iterato rotae ictu diffractis, ceruice eliſa cordeque exanimato, imponitur cadauer lacerum rotae, more ſolito funibus et catenis adſtrictum, caput clauo ſuffixum, faciem Bercae aduerſam, ſecurim et cultrum, quo innocentes occiderat, latere dextro praefixum.

Sic impius homicida, quem, demtis veſtibus, hirſutum et hirtis veluti ſetis aſperum, praeſertim in dorſo, haud pauci ſpectatores viderant, lente inter cruciatus diriſſimos periit.

## §. XIV.

### *Concluſio.*

Hoc ſceleratiſſimi hominis facinus cum tam enorme ſit, vt omnem fere fidem ſuperet, tum abominandum eum eſus carnis humanae facit. Nolo iam memorare veteres gentes ανθρωποφαγȣς, *in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat, mandere vero etiam ſaluberrimum c*), Iſſedones *d*), Hibernos *e*) et Scotos *f*), qui mortuorum corpora mandere ſolebant, neque etiam quasdam Scytharum familias *g*), Gallos, Hiſpa-



*c*) Plin. Hiſt. Nat. XXX. I. et L. XXVIII. I.

*d*) Herodot. in Melpom. c. 6.

*e*) Strabo Geograph. Lib. IV. p. 200. verſ. Xyl.

*f*) Hieronym. ad Iouian. L. II. Petit De Nat. et Mor. Anthrop. Traj. 1688.

*g*) Strabo Geogr. L. IV. p. 221. Negat multis Cl. SCHÜTZ (*Drei kleine Schutzſchriften für die alten Deutſchen*, *Leipz.* 1746. n. 1.) maiores noſtros, Germanos, carne humana veſci ſolitos, et recte, ſi quid valent

Hiſpanos, Danos *h*), aliosque plures, qui, ſumma cibariorum inopia per obſidionem preſſi, fame intoleranda confecti, et ad incitas redacti, viſceribus humanis ſatiari audebant, neque denique percenſere ſaeua conuiuia Caribum et Americae indigenarum *i*), qui, more bellicoſarum gentium, indignarum contumeliarum pertaeſi et odio capitali accenſi, Hiſpanos captos comediſſe dicuntur. Haec enim exempla crudelitatis hoſtilis et inopiae huc non adeo pertinent, neque monſtrum illud culpa liberant. Quin vix credibile eſt, cadauera humana, iam

lent TACITI de moribus eorum teſtimonia. Cf. TROGILL. ARNKIEL *Cimbriſche Heidenreligion, Hamb.* 1702. p. 161. RHODE *Cimbriſch-Hollſtein. Antiquitaeten* Remarques, Hamb. 1720. p. 226.

*h*) Saxo Grammat. Hiſt. Dan. L. I. p. 15. Extant talia exempla in ſacris litteris 2 Reg. 6. v. 26 - 31. Cf. Theatrum Europ. T. III. p. 1026. Voc. *Erlittene Noth in Bryſach.* IOH. BICHARD *Thüring. Chronik* Th. 1. p. 60. Anno 898. *iſt in Sachſen, Thüringen, Heſſen und an der Gegend um den Harz ſo großer Hunger geweſen, daß auch ein Menſch den andern gefreſſen hat, wie* CONRADVS *von Lichtenaw,* (nihil tale habet Carol. Vrſperg.) *der Arzt zu Urſperg in ſeiner Chronica ſchreibet. — Im Jahr* 1315. *war ſolcher Hunger, daß die Menſchen einander ſchlachteten, und ſogar die Körper von den Gerichtsſtätten zur Speiſe anwendeten. Spangenberg. Mansfeld. Chronik. Im J.* 1318. *herſchte in Böhmen eine ſolche Hungersnoth, daß man Reiſende todt ſchlug, und ſolche kochte und bratete. Rochus.*

*i*) Vid. *Nouae Noui Orbis Hiſtoriae* L. III. VRBANI *Caluetonis opera induſtriaque ex italicis* HIERON. BENZONIS Genev. 1578. 8. p. 13, 63, 73, 76, 80. et 10. IAC. HOFMANNI Lexicon Vniuerſale, Lugd. Bat. 1699. T. I. p. 236. voc. *Anthropophagi* et *Cannibali* p. 637. Simile quid de Hunnis refert. CYRIACVS SPANGENBERG l. c. fol. 105. a. ad. a. 919. „*Was männlich und wehrhafftig war, erſchlugen ſie nicht allein, ſondern ſoffen auch einander derſelben Blut zu — zogen ihnen das Gederme heraus und ſchnitten der Entleibten Hertzen zu kleinen ſtücken, vnd fraßens alſo rohe, der meinung vnverzagte Hertzen davon zu bekommen. An etlichen Orten haben ſie auch die Leute gebraten, und dauon gefreſſen.* — Sed ſit fides penes auctorem!

iam humo condita et iterum effoſſa, aliquando in macellum mitti et publice vendi *k*), potuiſſe. Putredini enim quam maxime obnoxia eſt caro hominum, praeſertim fame maceratorum, et debet eodem modo, quo carnis animalium aegrorum eſus *l*), morbos malignos incendere. Vtrum vero caro ſuilla humanae *m*) ſit ſimillima, nec ne, iam nec lubet, nec refert multis anquirere. Perſimilis tamen caſus noſter illi eſt, quem HECTOR BOETIVS *n*) litteris conſignatum reliquit: *Captus fuit latro ſcotus, et cum coniuge omnique familia viuus combuſtus, qui adoleſcentes domum ſuam allectos eſitare, et quibus tenerior erat aetas meliorque corporis habitudo, in ſummis deliciis habere ſolitus fuerat. Vni puellae eius, nondum annum natae, parſum fuit; quae vix duodecimum aetatis attigit, cum in paterno ſcelere deprehenſa, vt viua defoderetur, damnata, ad ſupplicium duceretur, omnibus execrantibus, toruo cum adſpectu: Quid, inquit, deſpuitis? Credite, ſi experimento conſtaret, quam grata palato ſit caro humana, qui a liberorum eſu ſe contineret, inueniretur nemo.* In eo tamen diſſimillimus eſt, quod noſter reus carnem humanam vt putredini citae obnoxiam, ita ſubdulcem et nauſeoſam, hepatis vero fibram, vel reſecta veſicula fellea, valde amaram eſſe profiteatur, ideoque incertum ſit, vter verum dixerit. Memoratu etiam dignum eſt, quod ſceleratus iſte integram valitudinem, qua ſemper vſus erat, inter ſupplicium ſetoſo corpore atque crurifragio repetito ſatis oſtenderet. De reliquis, quae pſychologiam et moralem philoſophiam ſpectant, videant philoſophi.

*k*) Moheau *Unterſuchungen und Betracht. über die Bevölkerung von Frankreich, überſ. von* EWALD. *Gotha* 1780. *S.* 274.

*l*) *Borell.* Obſ. Med. Cent. 2. Obſ. 32. p. 134.

*m*) *Camerar.* Memorabil. Cent. 12. Part. 25-38. *Zacut. Luſit.* Med. Princ. Hiſt. Lib. VI. Hiſt. 14. p. 957.

*n*) Hiſt. Scot. *L.* XVIII.

# Theſes.

I. Cauſſa febrium proxima ſpasmus, debilitas effectus eſt.

II. Spaſmus minimarum arteriarum indeque auctior humorum motus non eſt inflammationis cauſſa proxima, ſed effectus.

III. Rheumatismus acutus eſt ex phlegmaſiarum familia.

IV. Podagra a ſubtili quadam materia peccante oritur, a neruis minime.

V. In febribus exanthematicis opiata non, niſi poſt euacuationes neceſſarias danda ſunt.

VI. Morbillorum reliquiae diaphoreticis tollendae ſunt, minus purgantibus.

VII. Haemorrhagiae a ſola congeſtione oriuntur.

VIII. Phthiſis vlceroſa, praegreſſa egeſtione purulenta et conſolidatione vlceris, ſanabilis eſt.

IX. Ab haemoptyſi ad vlcus pulmonum concludere non licet.

X. Dyſenteria non oritur a praeternaturali coli conſtrictione, ſed ab irritamento veluti catarrhali.

XI. Lues venerea nec morbus europaeus, nec epidemicus ſtricte talis appellandus eſt.

XII. Datur gonorrhoea vere venerea, dantur et multae formae gonorrhoeae non venereae, ideoque nec inter ſe temere confundendae ſunt.

Pon. Ya 1026 2k

ULB Halle 3
003 133 249

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-175957-p0035-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-175957-p0036-6

Q. H. 126, 46.

Ya 1026

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

DE

# ANTHROPOPHAGO BERCANO

## SECTIO PRIOR HISTORICA

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO DVCE AC DOMINO

DOMINO

CAROLO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

CONSENSV

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

*PRAESIDE*

D. CHRISTIANO GODOFREDO GRVNERO

SERENISS. DVC. SAXO-VINAR. ET ISENAC. A CONSIL. AVL.
BOT. ET THEORET. PROF. PVBL. ORD. FACVLT. MED.
ASSESS. ACAD. NAT. CVR. ET MOGVNT. ALIARVMQVE
SOCIET. LITT. SODALI

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC
PRIVILEGIIS RITE CAPESSENDIS

A. D. XXX. MAII CIϽIϽCCLXXXI.

PVBLICE DEFENDET

FRANCISCVS GVILIELMVS ANTONIVS IACOBI

HAZFELDIENSIS

JENAE LITTERIS MAVKIANIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-175957-p0037-2